



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Usu & Abusu Doctrinæ Divi Thomæ Pro Xaveriana
Academia Collegii Sanctaefidensis in Novo Regno
Granatensi, &c**

Martinez de Ripalda, Juan

Leodii, 1704

Quæstio II. In quonam stet Potentia, seu Principium Quo Divinarum
Processionum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84322)

folùm abſtractivè, & imperfectè ex eo, quod ſpecies creaturarum formet conceptus varios de ipſo Deo, ut in Tractatu de Anima, & alibi ſatis oſtendi.

24. Inſtabis. Ergo quamvis Myſterium Trinitatis ſit ſupernaturale entitativè & in ſe, ſaltem imperfectè, & abſtractivè erit à nobis naturaliter intelligibile. Nego confequentiam. Quia adhuc ea, quæ Deo ut Authori naturæ competunt, non poſſunt à nobis imperfectè concipi niſi per viam & ſpecies creaturarum, ut ex alibi dictis conſtat. Cùm ergo nullus effectus creatus connectatur cum Deo ut Trino; ſed ſolùm cum Deo ut Uno ob unitatem potentia, & virtutis efficientis in Deo: inde eſt, quod adhuc imperfectè & abſtractivè non ſit à nobis intelligibile Myſterium Trinitatis.

25. Arguitur tertio. Myſterium Trinitatis ſæpè defenditur à diverſis Patribus, & Doctoribus adverſus infideles. Sed apud infideles nihil valet ratio illa; quod ſcilicet illud Trinitatis Myſterium ſit ſupernaturale; nec alia ratio de fide pendens; nam de hoc eſt dubium inter illos an ſit credendum tale Myſterium. Ergo ad nihilum valet talis adducta ratio. Reſpondeo, propoſitionem aliquam dupliciter poſſe defendi: Primò. per rationem aliquam poſſibilem, quæ illam ſuadeat: Secundò negativè, argumenta ſolvendo, quæ contra illam efferuntur. Myſterium autem Trinitatis nec defenditur; imò nec poteſt à SS. Patribus defendari, aut probari poſitivè; ſcilicet per rationem aliquam naturalem, quæ ad illius aſſenſum certò inclinet; ſed ſolùm negativè, ideſt, oſtendendo rationes ex principiis naturalibus, allatas non convincere, nec contra tale myſterium militare: ad quod optima eſt ratio, quam nos aſſignamus; Myſterium ſcilicet hoc non eſſe contra rationem naturalem; ſed ſupra illam: cùm paritas à creaturis ad Creatorem, à finito ad infinitum, à naturali ad ſupernaturale, quantum ad modum eſſendi minimè valeat: de Deo enim Optimo, Maximo, & Infinito quodcumque maximum cogitemus, infinite minus eſt ipſo: Unde opera Dei credibilia ſunt nimis.

26. Arguitur quartò. Contra rationem eſt, quod idem ſe ipſum recipiat. Sed Filius per generationem recipit naturam à Patre. Ergo vel Filius eſt alius à naturâ, quam recipit, vel eſt contra rationem, eam recipere. Distinguo majorem: In generationibus naturalibus, concedo; in diviâ, & ſupernaturali, nego majorem. Neque illud principium eſt univerſaliter verum; quia in materialibus generalibus materia generati recipit formam à generante: cùm ergo materia prima ſit extra ſphæram activitatis cauſæ naturalis generantis, oportet, ut materia geniti præintelligatur tanquam ſubjectum, principium recipiens formam à generante, ex quo fit, quod

ſicut forma recepta non eſt materia recipiens in talibus generationibus, recipiens non poſſit eſſe idem, quod recipitur. At in æternâ generatione, quæ eminet ſupra totam naturam, eſt ratio longè diverſa, ubi ſolùm peritur diſtinctio inter producens & productum ratione divinarum relationum.

QUÆSTIO II.

In quonam ſit Potentia, ſeu Principium Quo Divinarum Proceſſorum?



NON vulgari plauſu inter Scholaſticos agitur controverſia præſens, ut ex ipſâ diverſitate opinandi, in quam hinc inde diſtrahunt Doctores, facile innoteſcet. Ego ut ab inutilibus calam temperam, diſputationem ad ea dumtaxat contraham, quæ pro veritate inſequendâ faciliorem nobis aditum aperiant.

LECTIO I.

Sententia Durandi.

27. Prima in hoc puncto ſententiâ eſt Durandi aſſerentis, intellectum, & voluntatem nullatenus pertinere ad conſtitutionem principii proceſſionum in divinis; unde illarum principium proximum, non eſſentiam, ut aliqui volunt; ſed relationem paternitatis reſpectu generationis verbi; & relationem ſpiratoris reſpectu proceſſionis Spiritus Sancti, conſtituit, eſſentiâ ad utramque proceſſionem ſe habente ut principio radicali; ita tamen, ut exclusis à Deo per impoſſibile intellectu, & voluntate, adhuc in ipſo manerent generatio Filii, & proceſſio Spiritus Sancti; & conſequenter aſſerit, proceſſiones in Deo non eſſe per intellectum, & voluntatem.

28. Hoc tamen Durandi placitum communitè Doctoribus diſplicuit. Quare dicendum eſt, intellectum, & voluntatem, ingredi conſtitutionem principiorum divinarum proceſſionum; præſcindendo tamen pro nunc, an proximè, an verò ſolùm radicaliter concurrant. Probat præmò. Quia in ſcripturis Filius dicitur Verbum; Pfalmo 44. *Eruclavit cor meum Verbum bonum*: Joannis 1. *Diligamus nos invicem; quia CHARITAS ex Deo eſt*: Quæ verba intelligit Doctorum Aquila Auguſtinus de Trini-

33. Objicit secundò. Sicut fecunditas competit Creatori; sic proportione servatà, competit in reliquis. Sed creaturis non competit fecunditas secundum rationes intelligendi, & volendi. Ergo nec Deo. Minor pater. Quia fecunditas in creatis competit etiam iis, quæ intellectu carent; imò in intellectu præditis, etiam si eis fecunditas competat, nullo modo illis convenit ratione intellectus, & voluntatis; sed solum vi generativâ, quæ in alio consistit. Ergo. Nego majorem. Quia cum fecunditas producendi aliquid ad intra in Deo, omne superet naturalis rationis lumen, inter Deum, & creaturas nulla potest rationis inveniri proportio, nisi in eo, quod sicut natura purè intellectus producit Verbum, & impulsum, quæ sunt quædam accidentia, intentionalia; sic Deus intelligendo producit Verbum substantialiter subsistens: Et idem est de impulsu, seu Spiritu Sancto. Hoc autem potius militat contra Durandum; imò ejus discursus sic in ipsius caput facile retorquetur. Quia juxta Durandum in primò distinct. 7. quæst. 2. potentia generativa stat in relatione Patris; & tamen in creaturis potentia generativa nec est subsistentia, nec personalitas, nec relatio; sed potentia quædam accidentaliter radicata in naturâ. Ergo.

Nulla est
paritas à
fecundita-
te creato-
ris ad cre-
aturarum
fecundita-
tatem.

34. Objicit tertid. Qualis est ordo rei inter realiter differentia, talis est ordo rationis inter differentia solum secundum rationem. Sed ubi intellectus, & voluntas differunt realiter, productio est vi naturæ, & non intellectus, & voluntatis. Ergo & sic in Deo. Nego absolutè minorem. Quia in Angelis, in quibus intellectus, & voluntas juxta sententiam probabiliorè distinguntur realiter, productio non est vi naturæ immediatè; sed solum ratione intellectus, & voluntatis. Similitudo autem divinæ productionis non debet explicari, nec comparari ad res corporales; sed ad purè spirituales. Deinceps instatur ad hominem idem argumentum. Quia ubi subsistentia, & natura differunt realiter juxta probabilem sententiam, productio non est vi subsistentiæ ut principii formalis; & tamen in sententiâ Durandi productio divina habet ut principium Quo proximum personalitatem divinam. Ergo ejus argumentum nihil convincit.

Verù non
est, quod
ubi intel-
lectus, &
voluntas
differunt
realiter,
productio
fit vi
naturæ.

35. Objicit quartò. Quia juxta Divum Thomam potentia generativa est Dei omnipotentia, prout est Patris tantum. Sed omnipotentia non in intellectu, & voluntate consistit; sed in attributo ab eis distincto. Ergo intellectus non ingreditur rationem principii Quo. Consequentia patet. Quia si ad principium Quo pertineret, maximè ut generativa potentia. Ergo si

hæc in omnipotentia stat, intellectus manet extra principium Quo generationis. Ergo. Respondeo, Divum Thomam 1. parte, quæst. 25. artic. 1. in solutione primi, & quarti argumenti, duas adhibuisse solutiones: Aliam, quæ ait, omnipotentiam ratione distingui à scientiâ, & voluntate; & aliam, quæ tenet; adhuc ratione non distingui; juxta quam dixit, omnipotentiam ut propriam Patris esse potentiam generativam.

36. Objicit quintò. Etiam si intellectus, & voluntas maneat in Deo extra principium Quo divinarum processionum, potest dari sufficiens ratio de ordine processionum. Ergo ratio supra facta non tenet. Antecedens probatur primò. Etsi attributa dimanant immediatè à naturâ; hoc est, non mediâ aliquâ potentia; potest reddi ratio, cur unum attributum immediatius, quàm aliud naturæ conveniat; & cur unum mediante alio, à naturâ dimanet. Ergo ex hoc fundamento non bene probatur, intellectum, & voluntatem debere concurrere ad divinas processionem. Ergo etsi Filius, & Spiritus Sanctus absque mediatione intellectus, & voluntatis producantur ad intra; poterit sufficiens ratio ordinis affirmari inter divinas processionem; & cur una aliam supponat; ut constet in assensu Conclusionis supponente præmissarum assensum, licet omnes pro principio habeant eandem potentiam: Idem est in gradibus qualitatis dissimilibus, & inæqualibus, ubi ratio ordinis assignatur inter illos, licet sint ab eadem potentia, & in eodem passo. Ergo licet asseratur, processionem divinas esse à naturâ divinâ absque medio intellectus, & voluntatis, poterit inter illas sufficiens ratio ordinis assignari.

37. Aliqui respondent, negando antecedens; & ad probationem consequentiæ disparitatem assignant: Quia proprietates non petunt dimanare à naturâ, mediis aliis principiiis proximis; & licet unâ, mediante aliâ, connectatur cum naturâ; prima tamen ei convenit immediatè; ac proinde ut assignetur ordo dimanationis in proprietatibus, necessarium non est, ad proxima principia eis priora concurrere; at verò actus, & operationes conveniunt naturæ non immediatè; sed mediis potentiiis proximis; cum natura solum se habeat respectu eorum ut remotum, & radicale principium; ac proinde ratio ordinis inter operationem non est ex naturâ immediatè reddenda; sed mediis principiiis proximè operativis, seu realiter à naturâ distinctis, ut contingit in creatis; sive virtualiter, aut ratione solum, ut contingit in Deo. At quidquid de hæc solutione sit.

Nobis nō
refragatur
S. Tho-
mas dicta
potentiam
generati-
vam esse
Dei omni-
potentiæ,
prout est
Patris
tantum.

An de or-
dine pro-
cessionum
poterit
sufficiens
ratio, licet
intellectus
& vo-
luntas non
sint prin-
cipium
Quo?

Aliquorū
solutione
propono.

Ego verò
aliter re-
pondeo.

38. Respondeo, disparitatem esse: Quia prioritas unius attributi, aut proprietatis respectu alterius solum potest esse secundum rationem; aut in divinis processionibus est prioritas realis originis in unâ respectu alius; sic requiritur, quod intellectio præcedat, modificata relatione Patris ad processionem, quæ est per voluntatem, ut prioritas salvetur originis. Ad illud autem de gradibus ejusdem qualitatis, & heterogeneis jam diximus in *Metaphysicâ*, intensionem non fieri per additionem qualitatis ad qualitatem; sicut nec major extensio fit per additionem quantitatis adhuc partialis. Dato tamen, eam intensionem fieri per qualitates parciales dissimiles, & inæquales; adhuc assignatur illius ordinis ratio; scilicet propter resistentiam passivam, contrarias qualitates habentis; quæ cum per motum naturalem vincenda sit, eum ordinem exposcit.

currere. Probatum primò ex Almo Augustino lib. 15. de Trinitate, qui ut probet Filium Patri non esse Sapientiam, quæ intelligit; nec Patrem intelligere sapientiã genitã; hunc discursum efformat: *Si enim sibi solus Filius intelligit, ut intelligentia sit & Filio, & Patri, & Spiritui Sancto; ad illam redditur absurditatem, ut Pater non sit sapiens de se ipso; sed de Filio; nec sapientiã sapientiam genuerit: Sed eã sapientiã Pater dicatur sapiens, quam genuit; ubi enim non est intelligentia, nec sapientiã esse potest, &c.* Et paulò infra: *Est ergo Deus Pater sapiens sapientiã eã, quã ipse sua est sapientiã; & Filius sapientiã Patris de sapientiã.* Et inferius: *Filius autem intelligentia Patris de intelligentiã genitus.* Sed intelligentia, & sapientiã non actum primum, sed secundum important, ut constat. Ergo Filius non procedit ab intellectu Patris prout in actu primo tantum; sed ut in actu secundo intelligendi.

onẽ, volẽ
tio verò
ad Spiritũ
Sanctũ
produ-
ctionem
cõcurrit.

LECTIO III.

Scoti sententia exponitur.

Tener, in-
tellectũ,
& volun-
tatem in-
gredi cõ-
stitutionẽ
principii,
nõ ut di-
cunt actũ
2. intelli-
gendi, &
volendi.

39. SCOTUS in primò distinct. 12. quæst. 1. asserit, intellectum, & voluntatem ingredi quidem constitutionem principiorum notionalium, ut dicunt actum primum intelligendi, & volendi, (in quo à Durandi sententiã distat;) non tamen ingredi, prout dicunt actum secundum intellectiõnis, & volitionis: Unde ait, intellectum ut in Patre, esse in actu primo ad intellectiõnem, quæ est operatio essentialis; & ad dictiõnem, quæ est actus notionalis; cum ordine tamen; scilicet quod prius se habeat ad intellectiõnem, quàm ad dictiõnem; ita tamen, ut intellectio nullatenus requiratur ad dictiõnem, nec ut principium, nec ut actio. Ita Scotus, cui ejus insisit Schola. Verum Scoti subtilitas in hoc puncto extrã ejus Scholam communiter rejicitur à Doctoribus; quatenus affirmativè propugnant, ad productionem Verbi, & Spiritus Sancti intellectiõnem, & volitionem, concurrere. Ita Molina, Vasquez disput. 112. cap. 1. Zunniga, Tannerus, Granados, & Thomistæ omnes, quos citat in hac disputatione Granados; & sequitur Conetus. Est tamen inter hos Doctores discrimen; an scilicet ut principia, an ut actiones: Verum nunc est nobis tenendum id, in quo omnes conveniunt contra Scotum.

Igitur in-
tellectio
ad Verbi
producti-

40. Asserimus igitur, intellectiõnem ad Verbi productionem; volitionem autem ad Spiritus Sancti productionem con-

Theol.

41. Ostenditur secundò ratione. Sequitur ex sententiã Scoti, quod Pater adhuc diceret, & produceret suum Verbum, etiam si per impossibile non intelligeret. Hoc est falsum. Ergo. Sequela probatur. Quando actus, qui respiciunt eandem potentiam, comparantur ad illam sine dependentiã unius ab alio; ita, ut unus neque principium sit, neque actio, neque ratio alterius; uno eorum per impossibile sublato, alius, ab intrinseco non est, unde auferatur. Sed intelligere in Patre non se habet ut principium, nec ut actio, nec ut ratio respectu dictiõnis, aut generationis Verbi. Ergo sublato per impossibile intelligere in Patre, in ipso maneret ab intrinseco hoc, quod est dicere, & producere Verbum: Quod quidem esse falsum, constat ex Divo Augustino lib. 15. de Trinitate, dicente: *Certe si aliqua dicere velimus, nisi cogitata non possumus.* Ergo si ex mente Sancti Augustini Verbum nostrum vocale sine cogitatione præviã subsistere nequit; multo magis impossibile esset, Verbum divinum produci à Patre, semel dato, quod Pater non intelligeret.

Deinde
quia aliter
Pater ad-
huc suum
Verbum
diceret,
licet per im-
possi-
bile non
intellige-
ret.

42. Ostenditur tertio. Nam principium productionis Verbi debet perfectissimo modo constitui, quod est possibile. At si intellectus Patris ut actu secundo intelligens; pro principio assignetur perfectissimo modo constituitur, quàm si constituitur Paternus intellectus purè in actu primo; & aliàs est possibile. Ergo intellectus divinus non solum in actu primo; sed etiam ejus actualis intellectio debet ad productionem Verbi concurrere; non quod actualis intellectio se habeat per modum potentie generativæ; sed quod requiratur per modum actionis. Minor quoad

Rursus
quia prin-
cipium
producti-
onis Ver-
bi debet
perfectis-
simo mo-
do con-
stitui.

quoad secundam partem probatur ex differentia, quæ maximè intercedit inter nostrum, & divinum intelligere, quod scilicet nostrum suscipit Verbum productum modo alibi dicto, vel, ut alii tenent, in ipso Verbo consistit: Divinum autem intelligere nec in Verbo producto formaliter stat; nec Verbum supponit, ut Pater intelligat, juxta communem; atque adeo communiter dicitur; nos producere Verbum ex necessitate intelligendi; Deum autem non ex tali necessitate; sed ex solâ fecunditate producere Verbum; sed hæc prioritare admittit, nulla affulget repugnantia in eo, quod intellectus ut actu intelligens influat in Verbum. Ergo prout sic illud producit. Ulterius. Non aliâ ratione Verbum nostrum vocale necessitatio supponit; & requirit intellectum in actu secundo, nisi quia, ut intelligamus, necessarium non est tale Verbum exterius. Sed intellectus Patris ad productionem Verbi supponitur intelligens in actu secundo. Ergo.

LECTIO IV.

Argumenta Scotica expediuntur.

43. **S**it primum argumentum. Juxta S. Augustinum Verbum divinum distinguitur à memoria Patris. Sed juxta ipsum S. Doctorem lib. 15. de Trinitate, cap. 7. Memoria ab intelligentiâ distinguitur. Ergo Verbum divinum non ab intelligente actualiter, quo pacto intelligentiâ dicitur; sed ab eo in actu primo, quâ ratione Memoria vocatur, procedit. Major probatur ex eodem S. Doctore lib. 5. de Trinitate, cap. 10. ubi ait: *In hoc speculo, & in hoc enigmate; scilicet in Verbo creato, videri aliquam Verbi illius similitudinem, de quo dictum est: IN PRINCIPIO ERAT VERBUM. Ita ibi. Sed Verbum nostrum non ex intelligentiâ; sed ex memoriâ; id est, ex intellectu per modum actûs primi procedit juxta Divum Augustinum capite citato, ibi: Necessè est, cum Verbum loquimur, ex ipsâ scientiâ, quam memoriâ tenemus, nascatur Verbum: Et cap. 14. ait: Verbum nostrum illud, quod non habet solam inde utcumque simile est in hoc enigmate illi Verbo Dei, quod etiam Deus est; nam & hoc de nostrâ scientiâ nascitur; quemadmodum illud de scientiâ Patris natum est. Sed Verbum nostrum mentale non nascitur ex scientiâ actuali; sed habituali per modum actûs primi. Ergo nec Verbum divinum nascitur ex scientiâ actuali.*

Quo pacto sit intelligens S. Augustinus affert, Verbum à Patris memoriâ gigni, & memoriâ ab intelligentiâ distinguere?

44. Huic argumento, & authoritatibus Magni Augustini non uno modo solet responderi. Cajetanus ait, tam Verbum mentale nostrum, quàm divinum nasci ex memoriâ per modum actûs primi, tam quàm ex principio; & ex scientiâ actuali, ut ex actione productivâ: Quo pacto explicat Sanctum Augustinum. Verum non videtur plene satisfacere. Tum quia Verbum nostrum non procedit ex scientiâ actuali formaliter; cum potius aliâ quâ ratione supponatur ad scientiam. Tum quia memoria non videtur se habere solum per modum potentie, & actûs primi.

45. Quare ex dictis supra juxta Divum Thomam, respondeo, eam aliqualem similitudinem stare in eo, quod utrumque Verbum; divinum scilicet, & nostrum, procedit ab intellectu ut secundo in actu secundo; cum hæc tamen differentia, quod actus ille secundus, quo intellectus divinus dicitur fecundus ad productionem Verbi, est intelligere formaliter; at verò actus ille secundus, quo intellectus noster format Verbum, dicitur intelligere in radice; ut supra expressit Angelicus Doctor. Ex quo fit, quod hæc aliqualem similitudinem intenderit Divus Augustinus; quod scilicet sicut nostrum Verbum procedit ab intellectu nostro secundo in actu secundo; sic procedat divinum Verbum ab intellectu Patris. Differunt tamen multipliciter: Nam actus, quo est fecundus intellectus divinus, est formalis intelligentiâ, nec eget Verbo, ut reddat Patrem intelligentem: Quare dixit S. Doctor, Verbum esse sapientiam genitam de scientiâ, & intelligentiam de intelligentiâ. At verò actus secundus, quo procedit Verbum nostrum, non est intelligentiâ formaliter, prout procedit formationem Verbi; cum tale Verbum formetur, ut intellectus intelligat; per ipsum tamen actum, quo Verbum efformatur.

46. Unde quasi tria signa possumus in intellectu nostra distinguere: Primum scilicet, in quo intellectus possibilis patitur ab intellectu agente speciem impressam intelligibilem; in quo salvatur principium illud: *Intelligere est quoddam pati.* Secundum signum est, in quo videlicet intellectus possibilis jam fecundus per talem speciem, format, sive dicit verbum expressivum rei, cujus est species illa. Tertium signum est, in quo intellectus per eam speciem, quâ formavit Verbum, in eodem Verbo rem intelligit. Hæc autem omnia simul tempore sunt: Nam in ipso instanti intellectus recipit formam intelligibilem, & simul format Verbum, & hoc efformato, simul intelligit rem periplammet

Non ostendit Cajetanus solutio.

Do igitur in quo sit utriusque Verbi similitudo, & differentia.

Tria signa possumus in intellectu nostra distinguere.

ipfammet speciem in tali verbo. Sic autem tenendum est semper principium illud, de quo supra cum Divo Thomâ; quod scilicet ea species duplicem conceptum habeat, quo eam dupliciter consideramus: Primò, quatenus dictio; & sic est actus, quo producitur Verbum; & ut sic non est intellectio formaliter; sed in radice: Secundò, quatenus est intellectio; & prout sic, nihil producit; sed tantum est actus, quo intellectus rem in ipso verbo, ut loquitur Augustinus, velut in speculo, ac ænigmate intelligit, & contemplatur. Quibus sic explicatis, tota argumenti difficultas penitus evanescet.

Cōcurfus igitur intellectio- nis neces- sarius est ad Verbi divini produ- ctionem: & speciei intel- ligibilis ad produ- ctionem creati.

47. Sit secundum. Concursus intellectio- nis non est necessarius; sed omninò superfluous ad productionem Verbi. Ergo nullatenus concurrat ad eam intellectio formalis. Antecedens probatur. Intellectus creatus per modum actus primi est sufficiens, & secundus ad verbi creati productionem. Sed intellectus divinus fecundior est intellectu creato. Ergo ut in actu primo erit sufficiens, seclusâ actuali intellectio. Confirmatur. Quia fecundior est potentia se solâ sufficiens per modum principii ad aliquem terminum, quàm est ea, quæ alio indiget. Ergo si intellectus creatus se solo sufficit, fecundior erit intellectu divino. Respondeo negando antecedens. Ad probationem nego majorem; quæ falsa omninò est. Quia, ut dictum est, ab intellectu creato prout in actu secundo per speciem intelligibilem, Verbum producitur, quo producto, intellectus per eandem speciem intelligit rem in illo; unde corruunt ad solum ulque argumentum, & confirmatio.

Verbum igitur divini ut- pote intel- ligentia genita, di- cit prædicatum à Patre ac- ceptum.

48. Sit tertium. Quod per se requiritur ad terminum, talis debet esse naturæ, ut in termino debeat aliquod prædicatum illi convenire. Sed in Verbo divino nullum prædicatum correspondet divinæ intellectio. Ergo nullo modo est necessaria actualis intellectio. Minor probatur. Quia si aliquid esset tale prædicatum, maximè prædicatum representationis, vel intellectio- nis actualis objecti. Sed tale prædicatum, vel talis conceptus non petit ut principium actualem intellectio- nem; ut constat in Verbo creato, quod licet sit representatio, & expressa rei similitudo, in nullâ sententiâ petit ut principium intellectio- nem. Ergo. Concessâ majori, nego minorem. Ad probationem, etiam majori concessâ, minorem inficior. Quia cum Verbum divinum ex mente Augustini sit intelligentia genita de intelligentiâ Patris, necessario dicit prædicatum ipsius intellectio- nis acceptæ à Patre producente Ver-

bum, mediâ intellectio- ne, modificatâ relatione Paternitatis: Imò perfectissimâ similitudo producentis, & producti stat in eo, quod producat communicet idem prædicatum, quo producit, licet relationem communicare non possit: Quod quidem non contingit in productionibus creatis, ubi similitudo prædicatum inter producentem, & productum, semper trahit distinctionem realem ob limitationem, & imperfectionem, ut est evidens.

49. Illud autem, quod supponitur de Verbo creato, falsò quidem procedit: Quia Verbum creatum non producitur ab intellectu ut fecundo in actu primo per speciem: Quia licet species, ut præcedit ad productionem Verbi, non dicatur formalis intellectio, ex eo quod deficiat objectum; Verbo tamen formato, dicitur talis, per quam intellectus in ipso rem intelligit. Unde similitudo expressa, quæ est in verbo, respectu speciei intelligibilis, quæ etiam est similitudo rei, quæ in verbo cognoscitur; imò quia est talis similitudo, ideo formatur Verbum expressivum rei; quod docuit Divs Thomas citato Opusculo 14. sic: *Est tamen ipsum similitudo illius speciei ut ejus, quo factum est sibi similitum.*

Quia species intel- ligibilis est similitudo rei, ideo formatur Verbum creatum ejusdem rei expressivum.

50. Sit quartum. Intellectus divinus prout in actu primo ab intellectio- ne distinctus, est summè actualis; cum omnem potentialitatem excludat. Ergo etiam si Verbum Divinum sit representatio summè actualis, poterit ab intellectu Patris absque ullo intellectio- nis concursu procedere. Uterius. Et si Verbum creatum non sit summè actualis representatio; est tamen ultima actualitas in lineâ intelligibilitatis terminativæ; & tamen ex hoc non petit pro principio sui ultimam actualitatem in lineâ intelligibilitatis activæ creatæ. Ergo idem, quod prius de Verbo divino.

Dices: Verbum divinum licet sit summè actualis representatio, poterit ab intellectu divino producti utpote summè actuali.

51. Respondeo ad primum, quod admittis sententiâ de intellectu divino per modum actus primi (de cujus veritate alibi, Deo dante, disputabitur) hic distinguendum est antecedens; est summè actualis in peculiari, & quasi specificâ lineâ intellectus, concedo: In totâ lineâ intelligibilitatis activæ, subdistinguo; identicè, concedo: Formaliter, seu secundum conceptum explicitum intellectus, nego antecedens. Verbum autem divinum tam identicè, quàm explicitè est summa representatio actualis in lineâ intelligibilitatis terminativæ; & sic petit necessariò intellectio- nis concursum. Ad secundum, distinguendum etiam est; non petit ultimam actualitatem in lineâ intelligibilitatis activæ ex defectu objecti, quod ut intelligatur, desi-

Ad utrūque respondeo.

desideratur verbum, concedo: non petit ultimam actualitatem ex parte formæ, nego. Igitur post verbi creati productionem non advenit intellectui creato nova aliqua forma, quæ sit intellectio; sed solum ponitur objectum, quod per ipsam formam, vel speciem, quæ verbum producit, in ipso cognoscitur: quia, ut dictum est, ea species habet duplicem conceptum, sub quo consideratur: jam sub conceptu dictionis, sub quo verbum formatur: jam sub conceptu intellectiois, sub quo simul ac format verbum, rem in illo per eandem formam intellectus contempletur. Quod autem sub conceptu intellectiois formaliter verbum non producat: Idem est, quia ex necessitate ut intelligat, illud producit, cum aliunde intellectus noster modum alium non habeat, quo res cognoscat extra ipsum existentes.

LECTIO V.

*Alios opinandi modos breviter
discutimus.*

Alii dicunt
solum rela-
tionem esse
principium
quo pro-
cessionem.

52. PRÆTER dictas sententias, aliter Recentiores discunt. Alii dicunt, solum relationem esse principium quo proximum divinarum processionum; Paternitatem scilicet in Patre respectu generationis; relationem verò Spiratoris in Patre, & Filio respectu Spiritus Sancti. Ita præter Durandum nobiles Recentiores, inter quos noster Borull disp. 6. sect. 1. num. 4. Quæ opinio, ut ipse fatetur num. 3. solet tribui Sancto Bonaventuræ, P. Alarcon, & aliis.

Alios in-
sequor du-
plici rati-
one.

53. Huic placito planè dissentio: primò ex duplici ratione desumptâ ex Divo Thomâ quæst. 41. artic. 3. Prima est. Principium quo sive proximum, sive remotum actionis generativæ, est id, in quo genitus generanti assimilatur; cum ea sit agentis intentio, ut terminum productum sibi assimilet in principio quo generandi, sive quo agit. Sed in Deo personæ productæ producentibus non assimilantur in prædicato relativo. Ergo sola relatio non potest esse principium. Secundario formatur sic. Proprietas relativa est veluti individualis conditio divinæ personæ. Sed id, quod pertinet ad esse individuale, non est id, quo generans generat. Ergo proprietas relativa in Patre non est principium quo generandi. Minorem probat Sanctus Doctor. Quia si proprietas individualis esset principium quo generans generat, Socrates, inquit, generaret Socratem. Ergo.

Deinde
quia nec
sub con-

54. Probat secundò. Si Paternitas, v. g. esset potentia generativa patris, hoc

haberet vel sub conceptu exercitò, aut explicito relationis, vel sub conceptu substantiæ, aut formæ hypostaticæ? Neutrum dici potest. Ergo, Minor probatur quoad primam partem. Quia relatio paternitatis sub conceptu exercitò, & puro relationis fundatur in generatione; sicut de omnibus aliis hujusmodi relationibus constat; ac proinde eam supponit, & à fortiori principium quo generativum. Atqui potentia generativa seu principium quo supponere nequit principium quo. Quantum verò ad secundam partem etiam probatur. Quia principium quo ex sua ratione debet esse activum. Sed relatio paternitatis adhuc sub conceptu formæ hypostaticæ, seu personalitatis activa non est, sed solum se habet ut terminus naturæ, eam complens in ratione personæ. Ergo relatio sub tali conceptu nequit esse principium quo; sed ad summum erit vel conditio, vel connotatum juxta varios modos, quibus Scholastici loquuntur.

55. Aliorum opinio est asserentium, principium quo proximum divinarum processionum consistere in solâ perfectione absolutâ, relatione omnino seclusâ. Qui Doctores videntur distinguere principium quo in ratione principii ut productivi, & in ratione principii ut communicativi. In ratione productivi dicunt esse solum relationem, in ratione verò communicativi esse solum perfectionem absolutam; intellectioem nimirum in Patre respectu Filii, sive in ordine ad illum; & volitionem in Patre & Filio respectu Spiritus Sancti. Ita expressè Borull disp. 6. sect. 1. & disp. 7. sect. 3. & alii. Censeo tamen in solâ perfectione absolutâ, quæcumque assignetur, non posse consistere principium quo proximum. Suadet primò. Quia principium quo reale debet aliquâ ratione distingui à termino producto. At si potentia generativa, & spirativa starent in perfectione absolutâ, nullo modo distinguerentur; cum perfectiones absolutæ ex æquo identificentur cum personis producentibus, & productis.

56. Suadet secundò ratione communis. Si principium quo divinæ processionis adæquatè in perfectione absolutâ consisteret, omnibus personis esset commune, sed hoc non: quia aliàs Filius esset potens se ipsum, vel alium generare; similiter Spiritus Sanctus esset potens spirare. Ergo principium quo divinæ processionis non stat in solo absoluto. Nec obest, si concessâ sequelâ, negetur minor; proindeque dicatur, non sequi, Filium posse generare, ex eo quod bene componatur, formam esse in aliquo subiecto, & ei non tribuere omnem suum formalem effectum, ob illius incapacitatem; ut constat in animâ rationali, quæ in ossibus, & aliis partibus existens, non tribuit illis omnem suum effectum formalem; cum eis rationalitatem

tionalitatem non tribuat. Verùm hoc rationem nostram non enervat: Quia Filius est capax omnis effectus, vel quasi effectus formalis absoluti. Sed eo ipso, quod principium quo generandi adæquatè in absolutà perfectione consisteret; potens generare esset effectus, vel quasi effectus absolutus formalis: non minus ac esse potens intelligere, & velle. Ergo. Addiderim tamen, quod relatio nullatenus se habet nec ut potentia, nec ut operatio potentia.

Non placet distinctio generatio- nis, quæ est productio & quæ est communicatio. 57. Nec placet illa generationis distinctio; nimirum quæ est productio, & quæ est communicatio. Tum quia eodem modo, quo Pater est potens communicare naturam, esset potens Filius, & similiter Spiritus sanctus, si principium communicativum staret in solâ perfectione absolutâ: quod dici non potest. Tum quia nullum assolget fundamentum ad dividendam generationem sub conceptu productionis, ab ipsâ sub conceptu communicationis: licet enim in creatis communicatio passivè sumpta, juxta plures distinguatur ab ipsâ generatione activâ: nihilominus inter ipsos non scernitur communicatio activa ab ipsâ productione. Tum quia sicut nullum potest se ipsum producere, sed generatio est ad illud, sive productio; sic nullus se sibi ipsi communicat, præsertim id, quod habet. Ergo sicut productio dicit aliud à producente suppositum, sic communicatio dicit aliud suppositum à communicante. Tunc sic. Sed propter eandem rationem principium proximum generationis sub conceptu productionis nequit stare in perfectione absolutâ. Ergo propter eandem principium proximum adhuc sub conceptu communicationis non potest in solâ absolutâ stare perfectione.

Communi- or circa hoc punctum sententia cõ- stituit principii quo in absoluto, cõ- intellecta relatione ex parte principii quoad. 58. Communi- or tamen circa punctum hoc in Scholis sententia constituit pro principio quo proximo divinarum processionum perfectionem absolutam; ita tamen, ut cõ- intelligatur relatio ex parte principii quo producentis. Ita P. Vasquez disput. 161. Granados tract. 13. disp. 3. sect. 3. Ruiz. disput. 100. sect. 2. & 3. Zuniga, & alii, quos citat & sequitur P. Arriaga tota disput. 45, maxime sect. 4. Verùm etsi præfati Doctores, & alii Scotistæ & Thomistæ reipsâ in hoc prolatum conspirent; adhuc inter eos restat diversitas, quæ quia magis ad modum loquendi, & defendendi spectat; supervacaneum censeo, in his aut examinandis, aut impugnandis calamus retardare. Alii enim respectu generationis eam perfectionem, absolutam esse dicunt essentiam; alii intellectum; alii intellectiõnem: respectu verò processionis tertiaz Personæ alii dicunt, esse voluntatem; aliis dicentibus esse volitionem. Eadem diversitate procedunt circa relationem, quam omnes hi, præter absolutum, requirunt; nam alii censent, consistere

Theol.

principium quo simul in absoluto, & relativo, tanquam in potentiis, & virtutibus partialibus; ita ut sua virtus correspondeat absoluto, & sua quoque relativo. Alii volunt relationes Paternitatis & Spiratoris solum se habere ut conditiones, vel de connotato, aut in obliquo: sed de hoc infra, dum propriam mentem juxta hanc communem sententiam aperiam.

LECTIO VI.

Præcedens doctrina nonnullis difficultatibus expeditur.

59. **O**pponitur primò pro sententiâ asserente, solam relationem esse principium quo proximum in ratione producendi. Principium quo proximum productivum est virtus physicè & realiter productiva. Sed nihil potest esse virtus, seu potentia sui ipsius realiter productiva. Ergo solum potest esse virtus respectu sui termini realiter producti, sed nihil absolutum est realiter distinctum à termino producto. Ergo neque potest esse adæquatè vel inadæquatè potentia productiva. Ergo sola relatio erit principium quo proximum. Firmat hanc suam rationem P. Borrull. Idem nequit esse virtualis potentia sui ipsius productiva. Ergo neque potest esse potentia sui ipsius realiter productiva. Antecedens, aut, esse commune etiam iis, qui constituant distinctionem virtualem inter potentiam & terminum virtualiter productum. Consequentia est firma. Idem enim idem nequit esse sui vitalis productiva potentia, quia idem eo modo, quo distinguitur, inquit esse principium. Ergo quod realiter non distinguitur, non potest esse reale principium, sicut conaturaliter. Licet enim aliqui in Philosophia doceant ididem posse divinitus esse sui ipsius causam. Id tamen esse possibile conaturaliter, meritò detestatur omnes ut rem uni ex principiis per se notis manifestè contrariam, ac inimicam.

60. Respondeo igitur, concessio primo syllogismo, & minori subsumptâ, negando duas ultimas consequentias, quas arguens probare debuisset: solam enim argumento suo probat, & bene, perfectionem absolutam non præcisè non posse esse principium quo proximum: hinc tamen malè infert, solam relationem esse tale principium, cum mediet communis sententia constituens principium quo proximum in absoluto, non utcumque; sed additâ relatione vel in recto, vel in obliquo, aut de connotato; positâ quippè hæc, sufficiens distinctio ponitur ad distinguendum principium quo à termino producto, ne sequatur incõveniens illud, quod scilicet idem adhuc in divinis, sit sui ipsius reale principium. Ex quibus patet ad confirmationem.

Y

61. Oppo

Ratio asserentium solam relationem esse principium quo.

Argumentum solum probat perfectionem absolutam non esse principium quo.

61. Opponitur secundò. Principium quo generationis est id, quo Pater redditur, & denominatur potens generare. Sed Pater redditur & denominatur potens generare, à paternitate. Ergo hæc sola est principium quo. Major constat. Minor autem multipliciter probatur. Primò. Quia denominatio propria, non à formâ communi, sed à peculiari, & propriâ debet provenire. Atqui denominatio generare potens est propriissima Patris. Ergo non à perfectione absolutâ, quæ communis est; sed à ratione quæ sit propria Patris, debet provenire. Secundò. Eo modo se habet actio personalis ad personam, quo essentialis ad naturam. Sed potest ad actionem essentialem, v. g. intelligendi, vel volendi, est vel à naturâ, vel à aliâ perfectione absolutâ. Ergo posse ad actionem personalem generandi, est à personali proprietate. Tertiò. Probatur illa minor. Id quod dat esse, dat & posse operari. Sed Paternitas dat patri esse patrem. Ergo & posse generare: quod est proprium patris. Quartò. Imperfecta est forma, quæ dat esse & non operationem. Sed à Personalitate divinâ est omnis imperfectio releganda. Ergo cum dat patri esse patrem, dat quoque illi & posse generare.

62. Ad argumentum nego minorem. Ad probationem distingo majorem: denominatio propria non debet provenire à formâ communi præcisè ut communi concedo: ut appropriatâ, nego majorem. Unde argumentum solum probat, denominationem potens generare, non provenire à perfectione Dei ut absolutâ & communi, quod est verum: non verò probat, quod non possit provenire à tali perfectione, ut est propria Patris per relationem, ut infra explicabo.

63. Ad secundam probationem distingo majorem: eodem modo se habet actio personalis ad personam, &c. quantum ad denominationem producentis, vel operantis. *Ut quod*, concedo: quoad rationem principii quo, nego majorem. Unde sicut hoc concretum *Deus* est operans *ut quod*, ita hoc concretum *Persona Patris* est generans *ut quod* actione, seu operatione essentiali, v. g. volens *ut quod*, & intelligens *ut quod*: & in hoc tenet paritas; non verò quoad rationem principii. Ratio est. Quia cum ex D. Thomâ Personalitas se habeat ut proprietas, & veluti conditio individualis, nequit esse principium quo productionis: Petitur tamen ad rationem principii, vel ut conditio, vel ut connotatum juxta varios dicendi modos.

64. Ad tertiam distingo majorem: Id quod dat esse veluti specificum, dat posse generare, concedo: veluti individuale, nego majorem. Unde anima rationalis dans esse specificum, dat medio intellecta posse in-

telligere: & forma ignis dat medio calore posse calefacere, aut comburere. Paternitas autem solum dat Patri esse veluti individuale, & hoc in ratione Personæ: principium autem individuationis adhuc in creatis non pertinet ad rationem formalem operandi. Ad ultimam probationem occurritur eodem modo: nam solum de ratione formalitatis secutæ ad speciem, est dare posse operari: non verò quæ non pertinet ad speciem. Et instatur in Personalitate Spiritus Sancti, qui dat illi esse personale, non autem posse producere ad intra.

65. Opponitur tertiò pro sententiâ constituyente principium quo proximum in perfectione absolutâ independentem à relatione. Primò, ex Augustino cap. 12. lib. 3. contra Maximinum, ubi ait: *Abste autem ut quomodo putas, potestior sit Pater Filio: quia Creatorem genuit Pater? Filius autem non genuit Creatorem: neque enim non potuit, sed non oportuit.* Quibus verbis videtur Magnus Aurelius clare docere, Filium generare potuisse; sed non oportuisse. Sed posse generare, est quasi formalis effectus potentia generativæ. Ergo juxta Augustinum potentia generativa reperitur in Filio: quod non contingeret, si non consisteret in absoluto. Secundò. Unumquodque in tantum perfectum est, in quantum potest sibi simile generare, ut 4. de Meteor. docet Philolophus. Sed Filius est summè perfectus. Ergo potest sibi simile generare. Tertiò. Juxta Divum Thomam quæst. 2. de Potent. artic. 3. Potentia generativa sub Omnipotentia comprehenditur. Sed hæc competit Filio. Ergo & illa. Quartò. Si in Patre & non in Filio esset potentia generativa, Filius non esset æqualis Patri in potentia; ac proinde nec in Omnipotentia adæquaretur cum Patre, quod est absurdum. Quintò. Si Filio non esset generandi potentia, in illo esset aliquis defectus potentia, & dignitatis: hoc non. Ergo, sequela patet. Nam potentia generativa est aliqua potentia, dignitas, atque perfectio. Ergo si hæc Filio deesset, in illo aliquis dignitatis, & potentia defectus appareret.

66. Ad primum ex autoritate Sancti Augustini petitur, tenenda est explicatio Divi Thomæ quæst. 9. de potentia, artic. 9. sic. *Idè dicit Augustinus, quod non est dicendum, quod Filius non potuit generare; sed non oportuit; quia non ex impotentia Filii est, quod non generat; ut hoc, quod dicit, non potuit, sumatur privativè: & non simpliciter negativè; per hoc autem, quod dicit, quod non oportuit; significat, quod sequeretur inconveniens, si in divinis Filius alium Filium generaret.* Ita ibi. Ac si diceret: Licet in Filio potentia generativa non sit, hæc carentia non est explicanda per *ly non potuit*; quia hoc sonat privationem alicujus perfectionis

Opponit
2. Patrem
à solâ pa-
ternitate
denomi-
nari gene-
rare potē-
tem, cum
denomi-
natio pro-
pria a for-
mâ pro-
pria pro-
veniat.

Ripalda
et
Martinez

Ad 1. dico
foli probare de
perfectio-
ne absolu-
tâ.

Ad 2. sub
distingtio
ne respon-
deo.

Ad 3. di-
co aequi-
vocatione
habere ra-
tionem.

Ratio cõ-
stituenti
principi
quo in fo-
lâ perfe-
ctione ab-
solutâ.

S. Augu-
stinus ex-
ponit An-
gelic. de
potentiâ
art. 9.

nis debet Deo; quemadmodum qui dicunt, Deum non tam non posse producere Chymicam, quam eam esse impossibilem; quod non oritur ex defectu potentie in Deo.

Explico Aristotelem in 4. de Meteor.

67. Ad secundum respondeo, Aristotelem verificari in corruptibilibus; secus autem in incorruptibilibus; neque enim homo, qui potest alium hominem generare, ideo est perfectior Angelo, qui alium Angelum generare non potest. Ratio autem differentie inter utramque naturam corruptibilem, & incorruptibilem videtur: Quia natura corruptibilis cum non possit conservari in unico individuo, appetit sui conservationem, mediâ successivâ generatione; & ideo individuum carens potentia productivâ sibi similis, in quo natura conservetur, deficit à fine intento à naturâ; Quare tale individuum merito censetur imperfectum ob sui sterilitatem; quia talis corruptibilitatis fecunditas nascitur ex indigentia talis naturæ. Hoc autem non contingit in incorruptibilibus, & multò minus in Deo, ubi potentia generativa non est ex indigentia; sed ex fecunditate; nec tendit ad multiplicandam naturam, sicut in aliis creatis.

Potentia ergo generativa continetur sub omnipotentia, prout est in Patre, & istius relatione dicitur.

68. Ad tertium distinguo majorem: Potentia generativa continetur sub omnipotentia, prout est in Patre, & istius relatione dicit, concedo; sub omnipotentia absolute, & expressè sumpta, nego majorem. Constat ex dictis. Ad quartum, nega sequelam juxta dicta supra cum Sancto Thomâ; eandem scilicet potentiam esse in Patre, & Filio; in illo, ut generet; in isto autem, ut generetur: Ac proinde ex eo, quod Pater possit generare, & non Filius; non sequitur, Patrem esse potentiorum; sicut ex eo, quod Filius possit generari, non autem Pater, nec Spiritus Sanctus, nihil imperfectionis sequitur in duabus personis.

Potentia generativa non sub omni ratione Filio debetur.

69. Ad quintum distinguo probationem sequelæ: Potentia generativa est aliqua potentia, & dignitas aliqua distincta à potentia terminandi generationem; nego: Eadem cum potentia terminativâ generationis, concedo antecedens, & nego consequentiam. Igitur quamvis desit Filio potentia generativa, non sequitur, in Filio esse defectum alicujus potentie, & perfectionis; quia talis potentia solum debetur ei sub unâ ratione, scilicet generandi activè; non tamen sub omni ratione; quia in eo est sub ratione terminandi generationem: Quæ duo non differunt in perfectione absoluta, licet relatione differant; quod non est inconveniens; sed Deo omnino necessarium.

Theol.

70. Replicabis. Potentia generativa est distincta à potentia terminativâ generationis. Ergo per hoc, quod Filio competat potentia terminativa generationis, non sequitur, quod illi non desit aliqua perfectio. Antecedens probatur primò. Quia actio, & passio ad diversa principia reducuntur; nam actio respicit potentiam activam, qua agens agit; passio verò respicit subjectum, quod patitur ratione materie. Sed generare, & generari in divinis se habent per modum actionis, & passionis. Ergo inferunt distinctas potentias. Secundò. Quia per actus distinguuntur potentie. Sed generare, & generari sunt actus distincti. Ergo potentia generandi, & potentia terminandi generationem, distinguuntur.

Replicat, potestiam generativam esse distinctam à terminativa generationis.

71. Respondeo negando antecedens. Quia potentia generativa, & potentia terminativa generationis solum differunt per relationes; Paternitatem scilicet, & Filiationem: Potentia verò in Deo secundum se est quid absolutum: Cum igitur non multiplicetur absolutum per relativum, fit, quod potentia generativa, & terminativa generationis non distinguantur absolute; sed solum relative. Ad primam probationem dic, esse id verum in actionibus, quæ ordinantur transeunte ad generationem, & corruptionem: Quia ibi potentie activæ correspondet potentia passiva; cum agens naturale non possit nisi ex præsupposito subjecto producere. Processiones verò divinæ cum sint immanentes, & perfectissimæ, non petunt subjectum; sed solum suppositum ad quod: Quæ omnia solâ relatione optimè salvantur absque diversitate potentialium. Ad secundam probationem jam dixi, eodem modo esse discurrendum circa generare, & generari; ac circa potentiam generativam, & terminativam generationis. Unde generare, & generari non sunt actus absolute distincti; sed solum distincti relative; distinctio autem relationum; sicut non est sufficiens ad distinguendam naturam divinam, nec intellectionem, ac volitionem; sic non ad distinguendas absolute potentias.

Respondeo deo negativè.

LECTIO VII.

Veriorem Divi Thomæ sententiam eligimus, & probamus.

72. **U**T propriam mentem ad communiem in hoc puncto sententiam, paucis mutatis, accommodem; noto primò duplex solere à Philosophis distingui principium agendi, quod, & vel

Duplex est agendi principium scilicet quod, & vel

X 2

vel operandi: Aliud, quod dicitur communiter *principium quod*; hoc est autem ipsum suppositum agens; & hinc ortum duxit illud vulgare proloquium; scilicet *actiones sunt suppositorum*. Ratio esse videtur. Quia res solum ei appropriatur, quod dicitur habere: Suppositum autem est, quod dicitur habens; unde quidquid est in illo, vel sub illo fit, merito ipsi appropriatur. Alterum tamen vocant communiter *principium quo*; & est forma, seu virtus, quâ mediante, suppositum operatur. Et hoc secundum principium adhuc est duplex; remotum scilicet, seu radicale; & proximum, seu formale, ut constat in generatione ignis, vel caloris productione; proximum enim ejus principium *quo* est calor; remotum verò est forma ignis, à quâ ut actu primo substantiali dicitur dimanare calor ut ejus proprietates, seu operativa potentia; & tamen suppositum ignis dicitur principium *quod* operans.

73. Noto secundò principium *quod* divinarum processionum esse ipsum suppositum; Patris scilicet, vel Filii; Patris quidem respectu generationis; & Patris, & Filii respectu Spiritus Sancti. Ratio est. Tum quia in Concilio Lateranensi, cap. *Damnatus*, de summâ Trinitate, decernitur; divinam naturam non generare, nec spirare. Tum quia quod realiter procedit, debet realiter distingui à principio, à quo procedit, propter oppositionem relativam, quæ inter producens, & productum reperitur. Unde cum in divinis solæ Personæ distinguantur, illæ solum possunt esse principium *quod* divinarum processionum.

74. Noto tertio hanc esse differentiam inter principium *quod* summè simplex, quale est Persona Patris in divinis; & inter principium *quod* compositum creatum; quod scilicet in supposito creato, cum plura per se uniantur, & ordinentur ad ejus constitutionem; uni tribuimus rationem principii *quo* radicalis realiter, quod quidem alii realiter non comperit: Similiter alteri tribuitur ratio principii *quod*; quæ ratio nequit alteri realiter convenire; hæc autem diversitas oritur ex imperfectione realis compositionis, & distinctionis: Quod quidem in supposito divino producente ut *quod* nullatenus contingit. Quia ratione summæ simplicitatis, cum sit expers omnis compositionis realis formalis; in ipso reverà idem sunt principium *quo* radicale, principium *quo* formale, actio, seu processio activa & principium *quod* operans: Quia hoc non coalescit ex pluribus, quibus seorsim, & divisim hæc omnia munera tribuamus: Idcirco beneficio intellectus per species à creaturis ac-

ceptas, juvari debemus, ut Theologiam vero similem, Deoque dignam, & pro captu nostro intelligibilem fundemus; alias tam in hæc, quam in aliis materiis, necessarium erit, nostrâ ipsamet caligine occutire.

75. Accipio igitur species à pluribus, quæ, juxta dicta, in supposito creato reperiuntur; mediis quibus, ascendamus ad Deum, & varios de ipso conceptus efformemus. Primò enim per speciem, quam habeo de naturâ creatâ, v. g. de formâ substantiali; quod nimirum illa sit radix suarum proprietatum, ac proinde potentiarum mediis quibus suppositum proximè potest operari; formo quidem conceptum, in quo Deum cognosco sub conceptu naturæ divinæ, vel ejus naturam divinam; & quia in creatis conceptus naturæ formalis est conceptus radicis; merito dicunt omnes Theologi, quod natura divina est radix, vel concipitur ut radix. Secundò: Per speciem, quam habeo de potentia formali, quæ in creatis sequitur realem naturam, mediâ quâ suppositum est potens proximè operari, ut ignis medio calore, &c. formo etiam conceptum de Deo, in quo ipsum cognosco sub conceptu divinæ potentie, quâ Deus dicitur potens formaliter, & immediatè operari, vel ad intrâ, vel ad extrâ juxta naturam termini producti, creati scilicet, vel increati.

76. Tertio: Per speciem actionis creatæ sive immanentis, sive transeuntis, formamus conceptum alium, in quo cognoscimus ipsum Deum sub ratione, vel conceptu processionis activæ respectu termini ad intrâ; vel actionis respectu termini ad extrâ creati. Ulterius vero cum suppositum creatum comprehendat omnia, quæ in illo reperiuntur, utpotè habens principium radicale, principium proximum operativum, & alia hujusmodi; per similem igitur speciem cognoscimus in alio conceptu Deum quasi integrè, & per modum suppositi, & quasi habentis omnia ea, quæ in dictis variis conceptibus sigillatim Deo tribuimus; ita, ut Deum Patrem cum per modum suppositi, & operantis ut *quod* cognoscimus, ipsum attingamus ut habentem naturam divinam, potentiam generativam, hujus potentie actionem, & alia divina attributa. Difficultas tamen, quam hic expedire conamur, in eo versatur, ut discutiamus, in quânam perfectione ex pluribus, quæ Deo juxta explicationem tribuuntur, consistat principium *quo* proximum, seu potentia activa divinarum processionum; & quo id pacto contingat? Hoc autem si semel à nobis rectè dilucidetur, plura quidem difficilia hujus tractatus non operosè declina-

Ripalda
et
Martinez

Principium
quod divi-
narum pro-
cessionum
est sup-
positum.

Noto dif-
ferentiam
inter prin-
cipium
quod
summè
simplex,
& com-
positum
creatum.

Sicut in
creatis
conceptus
naturæ,
est conce-
ptus radi-
cis, sic
natura di-
vina concipitur ut
radix.

Rursus
ex actio-
ne creatâ
vel im-
manente,
vel transe-
unte cog-
nosco De-
um sub
conceptu
processio-
nis acti-
væ ad in-
tra vel ac-
tionis ad
extra.

declinabimus. Pro ejus ultimâ explica-
tione

De ratio-
ne princi-
pii vel re-
moti, vel
proximi
est dicere
distinctionem à
termino
realiter
producto.

77. Noto denique, de ratione princi-
pii tam proximi, quàm remoti, vel ali-
ter; tam radicalis, quàm formalis, esse,
quod dicar distinctionem à termino reali-
liter producto. Ratio est. Quia cum nihil
possit esse sui ipsius reale principium, ac
proinde se ipsum producere; necessariò
peritur ad rationem principii distinctio à
suo termino; non quod conceptus distin-
ctionis sit principii ratio agendi; non enim
forma ignis, ejusque calor habent ratio-
nem fecunditatis; quia præcisè distin-
guuntur ab igne producto: Hoc enim
etiam habent aliæ res distinctæ ab igne; &
tamen hujusmodi fecunditatem non obti-
nent; sed quia petitur, & clauditur in
conceptu principii talis distinctio. Quæ
doctrina locum habet non solum in crea-
tis; sed etiam in divinis: Ubi ratio prin-
cipii distinctionem aliquam includit. Est
tamen singulare discrimen inter utrumque
principium, creatum scilicet, & increa-
tum: Nam distinctio realis, quæ est in-
ter principium creatum, & ejus terminum,
arguit imperfectionem; quia est inter
unam, & alteram naturam; quæ naturarum
multiplicitas limitationem, & imperfe-
ctionem importat in modo producendi, &
communicandi.

Distinctio
principii
increati
ab ejus
termino,
nō est di-
stinctio
naturarū.

78. Attamen realis distinctio, quæ in-
tercedit inter principium increatum, &
ejus terminum, non est distinctio natura-
rum; cum producens, & productum sint
ejusdem naturæ; sed solum, & totum hoc
componitur per oppositionem relationum,
in quâ oppositione nulla reperitur imper-
fectio; atque adeò dixi supra, quod à so-
lâ relatione secundum diversos conceptus,
quos de illâ formamus, sumitur, & quod
constituat in Patre personam; & quod ap-
propriet, & distinguat principium quo;
& quod appropriet, & distinguat pro-
cessionem activam, seu generationem;
& denique quod his suppositis sit, quo
referatur in ratione Patris ad Filium.
Quæ omnia in creatis à pluribus enti-
tibus realiter inter se distinctis præ-
stantur.

Dico 1.
principiū
quo radi-
cale im-
portat di-
vinâ natu-
râ princi-
paliter, &
relationē
minūs
principa-
liter.

79. Sit ergo prima Conclusio. Principium
quo primum, & radicale divinarum
processionum est natura divina, prout
modificata relatione sub conceptu appro-
priantis naturam; ita, ut utrumque im-
portetur in nomine *Principium*: Unum sci-
licet divina natura magis principaliter;
alterum verò scilicet relatio sub eo con-
ceptu, minūs principaliter. Unde divina
natura determinata relatione sub dicto con-
ceptu, quo appropriatur ad Patrem, est
principium radicale respectu processionis
Filii; & determinata relatione spirato-
Theol.

ris, est principium radicale respectu pro-
cessionis Spiritus Sancti. Ita expressè Di-
vius Thomas, quem sequuntur Doctores
ad finem Lectionis præjactæ relati,
licet in modo loquendi inter se diffi-
deant.

80. Probatur primò Conclusio autho-
ritate Divi Thomæ quæst. 2. de Potentiâ,
artic. 2. ubi in corpore, post alias impu-
gnatas sententias, sic dicitur: *Et propter
hoc in ratione potentie includitur quodammodo
Paternitas, etiam quantum ad id, quod est
generationis principium; & propter hoc cum
aliis dicendum est, quod potentia generandi
simul essentiam, & notionem significat.* Ita
ibi. Ex quibus sic. In eo consistit genera-
tiva Patris potentia, quod significatur, &
importatur hoc nomine *Potentia generandi*.
Sed tali nomine significatur utrumque;
natura scilicet, & notio, seu relatio, ut
tenet S. Thomas. Ergo in utroque consi-
stet principium radicale divinarum proces-
sionum. Nota tamen, Sanctum Doctorem
planè loqui in sensu reali; & non prout
principium radicale, & proximum distin-
guuntur formaliter penes nostros concep-
tus; in quo sensu duplex nostra Conclusio
procedit.

81. Probatur secundò ratione. In sup-
posito creato nulli præter naturam com-
petit esse principium primum, & radicale
operationum, & effectuum talis suppositi:
Cum sola natura sit radix proprietatum,
& potentialium, mediis quibus supposi-
tum operatur. Id ipsum, lectis imper-
fectionibus, est in supposito divino dicen-
dum. Consequentia patet. Quia cum
supposito Patris attribuamus naturam
divinam, necesse est, quod sit principium
radicale, ut appropriata.

82. Probatur tertio quod scilicet na-
tura divina sit potissima, & quasi princi-
palior pars in principio radicali. Quia
principium quo primum, & radicale est
principaliter; id, in quo genitum conve-
nit cum generante per similitudinem, aut
identitatem. Sed id, in quo cum Patre
generante Filius genitus convenit, non est
relatio; sed natura. Ergo hæc, & non illa
est conceptus, seu quasi pars principalior
in principio generativo; & idem est de
principio spirativo. Major patet exem-
plo hominis virtute humanæ naturæ fi-
lium generantis, qui ei in naturâ hu-
manâ similis invenitur. Hæc tamen se-
quenti Conclusionem amplius innotes-
cent.

83. Sit secunda Conclusio. Principium
quo proximum divinarum processionum,
seu potentia generativa, & spirativa consi-
stunt in intellectu, & voluntate divinis, ut
includunt relationes Paternitatis, & spi-
ratoris; sub conceptu appropriantis intel-
lectum

Itē præ-
batur à
paritate
suppositi
creati.

Rursus
quia cū in
solâ natu-
râ Filius
genitus
cū Patre
generante
cōveniat,
illa prin-
cipaliter
importat-
tur.

Dico 2.
principiū
quo pro-
ximū cō-
sistit in
intellectu
& volūta-

te sic autē
potentia
generati-
va, & spi-
rativa di-
cunt rela-
tiones ge-
nitoris, &
spiratoris.

lectum Patri; & sic est potentia generati-
va in Patre; & sub conceptu approprian-
tis voluntatem Patri, & Filio; & sic est
potentia spirativa indivisibiliter in utro-
que. Conclusio est etiam Divi Thomæ,
& videtur satis communis inter omnes
illos, qui dicunt, divinas processio-
nes esse per intellectum, & volunta-
tem: Intelligenda tamen est juxta sen-
sum præcedentis; ita tamen, ut rela-
tiones se habeant minus principaliter; in-
tellectus verò, & voluntas magis princi-
paliter.

Prima
pars pro-
batur. Id
enī, quod
præstat
divina na-
tura, præ-
stat & in-
tellectus
divinus.

84. Probat̄ur prima pars Conclusio-
nis; quod scilicet intellectus, & volun-
tas constituant principium quo proximum.
Divina natura ut determinata Paternita-
te, est principium quo radicale productio-
nis Verbi. Ergo intellectus divinus prout
involvit relationem, erit principium quo
proximum hujus processionis; & servatā
consequentia, id ipsum erit de voluntate
divinā respectu processionis Spiritūs San-
cti. Consequentia probatur. Quia hoc
ipsum, quod radicaliter, & remotē præ-
stat divina natura, potest præstare divinis
intellectus in esse intelligibili. Atqui divi-
na natura præstat ad productionem Verbi
radicalem concursus. Ergo intellectus
præstat concursus proximum in genera-
tione Verbi. Tum etiam quia Theo-
logi, explicent altissimam divini Ver-
bi generationem, confugiunt ad ver-
bi intellectus nostri productionem, hinc
emendicatā specie pro illius aliquali expli-
catione: Quod ita certum est, ut nihil sit
communius Sanctis Augustino, & Tho-
mæ, aliisque Theologis. At respectu
Verbi creati anima rationalis, quæ natu-
ra est, se habet ut principium radicale;
intellectus verò noster in actu, sive infor-
matus specie, ut principium proximum,
& potentia productiva verbi, ut est no-
tissimum omnibus, & nos sæpius expla-
navimus. Ergo pari ratione, & propor-
tione servatā in Deo, divina natura se ha-
bebit radicaliter, & intellectus divinus ut
principium proximum, & potentia gene-
rativa verbi, cointellectā semper relatio-
ne. Tum denique quia in creatis in idip-
sum, in quo natura creata influit, in-
fluunt potentia ad naturam sequentē ut
principia proxima. Ergo pari modo in
divinis eveniet, seclusis imperfectio-
nibus.

Firmatur.
Quia ad
generati-
onē verbi
non con-
currit in-
tellectus
divinus ut
principiū
radicale.

85. Firmo rationem. Intellectus divi-
nus concurrat ad generationem verbi, ut
omnes Theologi tenent contra Duran-
dum. Atqui non concurrat ut principium
primum radicale. Ergo per modum prin-
cipii proximi. Minor probatur. Quia
principium quo primum, & remotum de-
bet esse radix proximi. Sed divinus intel-

lectus sub hoc conceptu solum est potentia,
& nullatenus natura, ad quam pertinet
esse radicem attributorum. Ergo intelle-
ctus divinus nequit ut principium remō-
tum concurrere: Unde vel nullo modo
concurrat, vel si concurrat, ut est certum,
solum erit ut principium proximum, &
potentia generativa. Minor ostenditur.
Quia intellectus noster ad productionem
sui verbi non concurrat ut principium ra-
dicale; sed ut principium, & potentia pro-
xima. Ergo idem dicendum de intellectu
divino.

86. Ubi notā, me in hoc vim conse-
quentiæ non facere, quasi intendam pari-
tatem in perfectione, vel in modo produ-
cendi; hoc enim à Catholico, & ratio-
nali penitus absit; sed solum ex creaturis
intelligere modum, quo tribuamus Deo
ordinatē perfectiones, quas ex ipsis inve-
stigamus; ita, ut nec perfectiones, nec
ipsos conceptus confundamus, tribuendo
sibi quod non illi; sed alteri deberit attri-
bui. Quod quidem satis conforme est do-
ctrinæ Divi Thomæ quæst. 2. de Potentiā,
artic. 1. in corpore, dicens: *Quia verò
de divinis loquimur secundum modum nostrum,
quem intellectus noster capit ex rebus inferiori-
bus, ex quibus scientiam sumit; idē sicut in
rebus inferioribus cuiusque attribuitur actio,
attribuitur aliquid actionis principium, quod
potentia nominatur; & in divinis, quamvis
in Deo non sit differentia potentia, & actio-
nis, sicut in rebus creatis; & propter hoc genera-
tione in Deo posita, que per modum actionis
significatur. Oportebit ibi concedere poten-
tiam generandi, vel potentiam generativam.*
Ita ibi. Quod quidem valde observari
debet.

87. Ex quibus novum discursum pro
Conclusione conficio. In Deo ponitur ge-
neratio, quæ per modum actionis expli-
catur. Ergo in Deo debet etiam poni po-
tentia generativa. Utraque propositio con-
stat ex Divo Thomā. Tunc sic. Sed respec-
tu verbi producti nihil aliud potest per
modum actionis significari nisi intellectio
ut involvit relationem Patris. Ergo nihil
aliud potest significari per modum poten-
tiæ generativæ, nisi intellectus ut invo-
luit relationem Patris sub alio concep-
tu; juxta superius dicta. Minor constat.
Quia respectu verbi nulla actio potest
excogitari, quàm intellectio; ac prom-
de nulla alia potentia, quàm intel-
lectus; ut patet ex potentia productivā
verbi creati; ex quibus accipimus spe-
ciem, ut ait Divus Thomas, ad dil-
currendum, loquendumque de rebus di-
vinis.

88. Ante probationem verò secunda
partis conclusionis; quod scilicet princi-
piū quo proximum, sive potentia genera-
tiva,

Dum ad
divinam
creaturam
ascendo,
nō intendo
perfectio-
nis parita-
tem sed in-
vestigatio-
nem.

Respectu
Verbi di-
vini nihil
preter in-
tellectio-
nē potest
per modum
actionis
significa-
ri.

Modū lo-
quendi
quorū dā
ita;

Doctores
expendo.

tiva, & spirativa, dicunt licet minus principaliter relationes Genitoris & Spiratoris: nota, plures Doctores, dum requirunt relationes ad principium quo proximum divinarum processionum, asserere relationes hujusmodi dici de connotato, vel tanquam conditionem, vel modum, vel in obliquo. Quod si per hujusmodi loquendi modos velint excludere relationes à conceptu principii proximi. Ita ut tota & adæquata ratio principii quo stet in perfectione absoluta, quæcumque ab eis assignetur, sive divina natura, sive quælibet alia; minus bene procedunt. Si verò per tales modos loquendi velint, relationem ingredi quidem constitutionem principii quo proximi, licet non ita principaliter, sicut intellectus, & voluntas; hæc est sententia nostra.

2. pars su-
adetur ex
S. Thom.
authorita-
te, & de-
inde rati-
one.

89. Unde quoad istam partem probatur quod scilicet relatio intret ad constitutionem. Primò. Quia ita asserit, & clarè Dicitur Thomas ubi supra in illis verbis: *Et propter hoc in ratione potentie includitur quodammodo Paternitas, etiam quantum ad id, quod est generationis principium.* Secundò. Quia potentia generica ex suo conceptu intrinseco, & ratione formali habet quod sit propria solius Patris: similiter potentia spirativa habet, quod sit propria Patris & Filii. Ast intellectus ut excludit conceptum proprietatis primæ personæ, non habet, quod sit proprius Patris; & idem de voluntate: quia hæc potentia seclusis proprietatibus, communiter se habent. Ergo intellectus non est potentia generativa ex eo, quod connotet quasi extra se proprietatem Patris; sed ex eo quod est Paternitas, vel ut illam includit. Major patet. Quia aliter potentia generativa esset quid commune, essetque in Filio, & Spiritu Sancto; cum seclusis proprietatibus & relationibus in Deo omnia sint communia. Minor etiam est constans. Quia intellectus divinus, qui connotat Paternitatem, etiam est in Filio. Dices esse quidem in Filio; sed non prout connotat Paternitatem. Sit ita: Rogo tamen quid significat *ly prout*? Vel significat intellectum, ut reduplicat supra Paternitatem? sic autem jam ratio reduplicata involvitur in conceptu intrinseco potentia generativa; quod nos asserimus. Si autem *ly prout* secludat relationem à potentia generativa, ita ut tota ratio illius sit solum in intellectu; redit argumentum, & eo probatur totam rationem potentia generativa formaliter esse in Filio, sicut ibi est formaliter tota ratio intellectus.

3. Quia
cum Pa-
tri suppo-
sito gene-
ratio acti-
va tribua-
tur ei tri-
buenda

90. Probatur tertid. Quia implicat dari vel etiam intelligi actionem circa aliquem terminum esse propriam alicujus suppositi, quin assignemus tali supposito propriam, & peculiarem potentiam ad talem terminum. Sed supposito Patris tri-

buitur generatio activa, quæ ex suo conceptu est propria Patris, & pevit esse distincta necessariò à Filio producto. Ergo ei tribuenda est propria, & peculiaris potentia ad generandum. Tunc sic. Sed in divinis nihil est proprium, & peculiare uni personæ præ alia, nisi ratione relationis, aut proprietatis personalis. Ergo si in conceptu potentia generativa involvitur quod sit propria Patris, in eo à fortiori includitur proprietates aut relatio, ratione cujus est propria. Major videtur certa. Nam alicui demus, quod calefacit, actu si potentiam calefaciendi, necesse est, ei tribuere, Minor patet. Tum quia generare in divinis non dicitur essentialiter, sicut intelligere; aliàs omnes Personæ generarent, sicut intelligunt. Ergo dicitur notionaliter, sed quod notionaliter dicitur, involvit notionem, seu proprietatem, ratione cujus notionaliter dicatur. Ergo Minor subsumpta, & alia ex dictis clarè deducuntur.

est pecu-
liari po-
tentia ad
generan-
dum.

91. Probatur quartò & simul ostenditur quare minus principaliter relatio constituat principium quo proximum. Nulla forma communis potest esse principium alicujus operationis, seu termini particularis, & determinati, nisi ut determinata & individuata. Sed intellectus divinus sub conceptu intellectus divini præcisè, se habet veluti forma communis Patri, Filio, & Spiritui Sancto. Ergo ut sic nequit esse potentia realis productiva Verbi. Ergo ut sit realis potentia productiva, necessarium est, quod aliquid includat determinans, seu quasi individuans intellectum divinum. Sed sola proprietates personalis Patris se habet veluti individuatio, quædam divini intellectus in ordine ad generandum. Ergo potentia proxima generativa in Patre per intellectum includit talem proprietatem, sive relationem. Sed quando aliquid constituitur ex duobus conceptibus, quorum alter pertinet ad speciem, vel se per modum speciei habet; & alius pertinet ad individuationem speciei, vel se habet per modum principii individualis; conceptus, ille qui in constituto se habet per modum formæ specificæ, principalior est alio se habente per modum principii individualis. Ergo utrumque habemus nostro discursu, scilicet & quod relatio includitur in ratione principii quo proximi, & quod minus principaliter se habeat; intellectus verò magis principaliter: quia se habet per modum formæ ex se pertinentis ad naturam, vel ad rationem formæ communis, & quasi specificæ.

4. Proba-
tur & si-
mul osten-
ditur cur
relatio mi-
nus princi-
paliter

92. Major primi Syllogismi probari posset inductione plurium. Nam calor nisi individuatus nequit esse principium proximum alicujus determinati; & idem dicendum de aliis quibuscumque potentis tam spiritalibus, quam materialibus. Minor est certa. Utraque verò consequentia legitima. Mino-

Minorem subsumptam clarè colligo ex Divo Thomà quæst. 2. de potentiâ, artic. 2. in solutione ad quintum, ubi sic effatur. *Dicendum, quod in qualibet generatione principium generationis principaliter non est aliqua forma individualis, sed forma, quæ pertinet ad naturam speciei. Item non oportet quod genitum similerur generanti quantum ad conditiones individuales; sed quantum ad naturam speciei. Paternitas autem non est in Patre per modum formæ specificæ, sicut humanitas in homine; sed est in eo, ut ita dicam, sicut principium individuale; est enim proprietas personalis.* Sic ibi; ut nihil aliud pro nobis possit desiderari. Quod autè dictum est de intellectu & relatione Patris, eodem modo transferendum est ad lineam voluntatis & spirationis, respectu processionis Spiritûs sancti.

LECTIO VIII.

Argumenta contraria solvuntur.

2. conclusioni non refragatur S. Aug. l. 5. de Trinit. c. 6. & 7.

93. **A**rguitur primò contra primam conclusionem ex almo Augustino lib. 5. de Trinitate cap. 6. & 7. illis verbis: *Filius idè Filius, quia genitus.* Ergo Pater idè Pater, quia generans; & idè generans, quia Pater. Sed est Pater paternitate ut formâ. Ergo est generans, seu potens generare paternitate, & non naturâ. Autoritate tanti Doctoris admisa, distingo minorem: Paternitate tantum, nego: naturâ divinâ determinatâ relatione Paternitatis concedo, Natura igitur divina, ut quasi appropriatur per relationem Patris, dicitur principium quo radicale; non quod suppositum sub tali conceptu sit radicale principium, sed solùm natura cum relatione.

Non ex eo quod eadè divina natura sit in 3. personis sequitur in omnibus esse principium radicale.

94. Arguitur secundò. Eadem natura est in Patre, Filio, & Spiritu Sancto. Ergo. Si natura est primum, & radicale principium in Patre, & erit in Filio. Ast ubi est principium radicale generationis, ibi est potentia proxima generativa, ac proinde generatio. Ergo hæc omnia erunt in Filio. Hoc argumentum illis dumtaxat est difficile, qui totam & adæquatam rationem principii radicalis constituunt in naturâ divinâ respectu potentia generativæ & generationis. Nobis tamen nihil obstat. Quare distingo antecedens: eadem natura, & eodem modo, nego; eadem, sed diverso modo, concedo antecedens. In Patre quidem est cum relatione Paternitatis, quæ intrat modo explicato ad constitutionem principii quo sive radicalis, sive formalis: & quia hoc modo in Filio non est: idè in Filio non datur neque principium radicale; neque proximum generationis.

95. Arguitur tertio contra secundam conclusionem ex Divo Thomà supra citato ex illis verbis. *Potentia generandi simul essentiam, & notionem significat.* Ex quibus sic. Potentia generandi est principium quo proximum. Sed potentia generandi juxta Divum Thomam dicit naturam divinam & relationem. Ergo potentia generandi non resultat ex intellectu & relatione. Patet consequentia. Quia conceptus intellectûs divini non est conceptus naturæ; sequitur ad naturam divinam; sicut conceptus intellectûs humani non est conceptus naturæ rationalis: sed sequitur ad naturam rationalem. Respondeo ex dictis supra, Sanctum Doctorem loqui de potentia generativa in sensu identico, & reali, non prout condistinguitur à principio radicali, cujus non meminit Sanctus Thomas: cum ergo in Deo realiter & identice loquendo idem sint intellectûs & voluntas, ac ipsa natura divina, eo quod realiter nulla sit distinctio in perfectionibus absolutis; idè ait Sanctus Thomas quod potentia generativa essentiam, & simul notionem significat. Nos verò loquimur de potentia generativâ, prout distinguitur formaliter per intellectum à suâ radice, ut patet ex utraque conclusione; in quo sensu non dissentit.

96. Arguitur quartò. Si intellectûs prout in Patre esset principium quo proximum generationis verbi, hæc propositio: *Intellectûs generat esset vera*: sicut quia in sententiâ satis probabili est principium quo intellectûs generationis, verè dicitur, quod intellectûs generat, tam falsa est, ac ista *essentia generat*, de summâ Trinitate. Argumentum hoc facile retorquetur ad Adversarios ponentes in solis relationibus principium quo proximum nam etiam hæc sunt falsæ in sensu formali: *Paternitas generat, Filiatio generatur*, juxta Divum Thomam hic quæst. 2. ad 2. & tamen Paternitas juxta Adversarios est principium quo proximum generationis. Ergo ex eo, quod intellectûs, & voluntas modo supra explicato sint principium quo proximum, non probatur Argumentis intentum.

97. Respondeo negando sequelam. Tum quia intellectûs præcisè divinus non est principium quo proximum: quia hoc resultat ex intellectu principaliter, & ex relatione minus principaliter. Tum etiam quia principium quo non supponit pro personâ, vel non supponitur pro supposito: cum igitur actiones solùm suppositis tribuantur; hinc est quod generare, non possit tribui intellectui, adhuc determinato per relationem. Ergo relatio non denominat intellectum sub conceptu formæ hypostaticæ, quâ suppositum constituitur; sed solùm sub conceptu formæ determinantis, aut distinguentis

2. conclusioni non repugnat Angel. supra cit.

ne ex sententiâ nostrâ veritas hujus propositionis, intellectûs generat.

Negativâ respondeo, & cõspiciã præter rationem.

guentis quod præcisè requiritur ad rationem principii, quo aliquid distinctum produci- tur. Ad illud verò quod dicitur de illâ pro- positione: *intellectus intelligit*, licet aliqui cum Godoy assignent discrimen inter actus essen- tiales, & notionales, eo quod illi realem na- turarum distinctionem minimè requirunt; videtur tamen dicendum quod in sensu for- mali non sit ita propria propositio illa: *intel- lectus intelligit*: quia in tali sensu magis se ha- bet intellectus, ut quo Deus est potens intel- ligere, quàm ut id, quod intelligit; licet in sensu physico & reali concedenda sit,

Nō debet à termino producto distingui, quod constituit principii proximi quasi forma specifica.

98. Arguitur quintò. Principium quo proximum debet realiter distingui à termi- no producto. Ergo quod constituit princi- pium proximum, debet etiam realiter distin- gui. Sed intellectus divinus non distinguitur realiter à Filio; nec voluntas à Spiritu San- cto. Ergo nec intellectus divinus constituit principium quo processionis verbi, nec vo- luntas principium quo proximum respectu processionis Spiritus Sancti. Ergo, &c. Re- lictâ solutione P. Arriagæ dicentis, quod sufficit ut distinguantur processionis, nō re- quiruntur principium quo proximum distingua- tur realiter in divinis: nihilominus cum aliis respondeo: quod constituit in divinis prin- cipium quo proximum per modum quasi formæ specificæ, nego: per modum quasi formæ individualis, concedo consequen- tiam. Et concessâ minori, consequentiam infior. Ratio est. Quia intellectus, & vo- luntas in Deo constituunt principium quo proximum per modum quasi formæ specifi- cæ, in quâ terminus productus assimilatur perfectissimè producenti: cum ergo perfe- ctissima similitudo sit in divinis concedenda inter producents & productum, hæc suffici- enter salvatur per realem identitatem, ac proinde deducitur planè, quod in illis perfe- ctionibus realis nequeat esse distinctio: secus autem in relationibus Paternitatis, & Spi- rationis, quæ solùm constituunt principium quo per modum quasi formæ individualis, in quâ terminus productus in creatis nequit, nec petit assimilari generanti.

Potentia generandi in Patre est perfectio infinita. Illud quod principaliter importat

99. Arguitur sextò. Vel potentia gene- randi in Patre est aliqua perfectio infini- ta, vel non est? Si primum: ergo poten- tia generandi est in Filio. Patet consequen- tia. Tum quia Pater producendo Filium, communicat ei suam infinitam perfectio- nem. Tum quia nulla est perfectio infi- nita. Si secundum: ergo intellectus non constituit principium quo proximum; cum intellectus sit quædam infinita perfectio. Argumentum pendet ab illâ quæstione, utrum divina relatio sub tali conceptu dicat perfectionem? de quâ postea. Quid- quid tamen sit de hoc, respondeo poten- tiam generativam (& idem de spirativa)

Theol.

esse infinitam perfectionem, saltem se- cundum id, quod magis principaliter im- portatur in eâ: si enim potentia genera- tiva, & alia quælibet productiva in crea- tis absque dubio est perfectio, à fortiori debet esse potentia productiva in divinis. Distinguo tamen primum consequens: si *ly generandi* sumatur passivè, conce- do: si activè sumatur, nego consequen- tiam. Igitur tota æquivocatio suboritur ex modo accipiendi gerundium illud *gene- randi*: si enim activè accipitur, tantum valet ac potentia, ut aliquis generet: hoc autem modo potentia generandi in Filio non est, sed solùm in Patre: quia præ- ter perfectionem intellectus claudit rela- tionem Paternitatis, quæ nullo modo re- peritur in Filio. Si verò gerundium illud sumatur passivè, potentia generandi tan- tum valet, ac potentia, ut aliquis gene- retur: hæc autem ratione generandi po- tentia in Patre non est; sed solùm in Fi- lio: quia hæc dicit præter intellectum re- lationem Filii, quæ non est in Patre. Un- de potentiam generandi, quoquo modo accipitur, semper comitatur relatio; si activè, relatio Paternitatis: si passivè, re- latio Filiationis.

Potentia generandi competit Patri per id, quod quasi individualiter differt à Filio.

100. Arguitur septimò. Actus conveni- ens uni, & alteri repugnans, debet illi competere per id, quod differt ab altero. At relatio, seu potentia generandi, vel potius generatio convenit Patri, & repugnat aliis Divinis Suppositis. Ergo debet Patri competere per id, quod differt ab aliis suppositis. Sed Pater non differt per intellectum à Filio, & Spiritu San- cto. Ergo intellectus nequit esse id, quo principaliter Patri convenit generare. Major primi Syllogismi probatur exem- plo hominis. Quia ratiocinari inest homi- ni, & repugnat bruto, ratiocinari dicitur convenire homini per id, quod differt à bruto. Ergo idem de omni actu uni conveniente, & alteri repugnante. Distinguo majorem: debet illi competere per id, quod differt ab alio, vel in esse specifico, vel individuali, concedo: necessariò in esse specifico, nego majorem. Et di- stinguo minorem: Competit Patri per id, quod differt veluti individualiter, conce- do: per id, quod differt veluti specificè, nego minorem.

Igitur in propriis Petris generativâ duo dantur conceptus.

101. Undè in potentia generativâ, quæ est propria Patris, & ratio cujus gene- ratio activa soli Patri convenit, & non aliis suppositis; est considerare duplicem conceptum: alium magis principalem, & ut specificum, ut potè qui pertinet ad rationem naturæ; & hic est intellectus divinus: per quem conceptum non est opus, quod Pater differt ab aliis suppo- sitis: Imò in hoc principium quo petit identitatem

Z

identitatem

identitatem cum termino producto: cum adhuc in eo debeat dari perfectissima similitudo, quæ nequit cum distinctione reali in divinis salvari. Est & alia formalitas in potentiâ generativâ, scilicet ratio, quæ se habet ut ratio individualis omnino necessaria, ut non solum generatio approprietur Patri; sed etiam ut ejus principium quo proximum ei peculiariter tribuatur; & per hanc distinguitur principium quo à termino producto; quia per talem relationem opponitur Pater Filio; Quare sicut Filius habet potentiam, ut generetur, ita Pater, ut generet; ita tamen, ut in utraq[ue] ingrediatur constitutivè divinus intellectus: nam cum Paternitate constituit potentiam quâ Pater generat; cum Filiatione verò constituit potentiam illam, quâ Divinus Filius generatur.

102. Arguitur octavo. Patrem generare, non distinguitur ab eo, quod est Patrem communicare Filio suam naturam, & perfectiones, Ergo generatio, & communicatio idem sunt. Sed principium communicativum solum stat in intellectu; quia hic solum communicatur; non verò ratio etiam minus principaliter. Ergo neque minus principaliter constituit ista principium quo proximè productivum. Concessis antecedenti, & utraq[ue] consequentiâ, nego minorem. Quia licet solus intellectus communicetur, prout *communicari* dicit identitatem cum termino producto; non tamen infertur, quod solus intellectus sit principium communicativum. Ratio est. Tum quia principium communicativum non potest se habere activè respectu alterius realiter distincti. Cum ergo intellectus divinus præcisè non distinguatur realiter à Filio, opus est, ut dicat relationem, ratione cujus principium quo, sive communicativum, sive productivum distinguatur ab eo, quod producit, & cui communicat suammet perfectionem. Tum etiam quia sicut Pater est potens generare, & communicare, sic Filius est potens generari potensq[ue] ut ei Pater communicet. Sed in Filio potentia, ut generetur, & ut ei aliquid communicetur, nequit in solo intellectu salvari, nec in aliâ qualibet absolutâ perfectione. Ergo nec ratio principii producentis, &c.

103. Instabis. Plus distans produci, & non produci; generari, & non generari, quam esse virtutem productivam, & terminum productum. Sed in divinis cum solâ distinctione virtuali inter absoluta, & relativa, salvantur produci, & non produci, &c. Ergo cum eadem distinctione poterit salvari, esse virtutem productivam realiter & terminum productum;

ac proinde solus intellectus licet sit realiter idem cum Filio, beneficio distinctionis virtualis poterit esse principium quo reale proximum Filii; & Filius esse terminus realiter productus, licet sit idem cum intellectu. Quidquid sit de distinctione virtuali (de quâ infra) eâ admisâ instantiâ multum probat. Et quidem si quia datur distinctio virtualis, potest dari principium quo productivum, & terminus productus in eadem perfectione: ergo similiter eo, quod per distinctionem virtuales componitur produci & non produci; poterit componi absque distinctione reali producens, & productum: Unde principium quod producens non distingueretur realiter à producto, & consequenter à Filio; nec uterque à Spiritu Sancto. Quare si distinctio virtualis extendi non potest ad hoc, ut sine reali distinctione dentur principium quod producens & terminus productus ita similiter nequit extendi ad principium quo, & ejus terminum, ut salventur sine distinctione reali, jam verò cum talis realis distinctio solum salvetur per oppositionem relativam; planè deducitur ipsam relationem in principio quo includi debere.

104. Arguitur tandem ex Sancto Athanasio Dialogo 5. de Trinitate sic loquente: *Pater hypostasi gignit*. Ergo gignit solâ relatione. Ulterius ex Sancto Thoma quæst. 36. hic artic. 4. docenti: *Sicut igitur Pater, & Filius sunt unus Deus propter unitatem formæ significatæ per hoc nomen Deus: Ita sunt unum principium Spiritus Sancti propter unitatem proprietatis in hoc nomine principium*. Et in 1. Sentent. quæst. 1. artic. 3. ubi ait. *Generatio enim non egreditur ab essentiâ, in quantum est essentiâ; sed in quantum est Paternitas: & si ista duo, nempe, essentiâ, & Paternitas differrent in Divinis, egredieretur ab utraque generatio; sed à Paternitate immediate, & ab essentiâ, sicut à primo principio*. Ex quibus sic juxta Divum Thomam, si Paternitas ab essentiâ distingueretur realiter, generatio esset immediatè à Paternitate, & mediatè solum ab essentiâ. Sed modò virtualiter, vel per distinctos conceptus distinguuntur. Ergo ut sic erit immediatè à Paternitate, & virtualiter mediatè ab essentiâ, & consequenter ab intellectu. Pater consequentiâ. Quia quod tunc faceret distinctio realis ad immediationem, & mediationem realem, præstabit nunc distinctio virtualis, vel formalis per intellectum ad immediationem, vel mediationem formalem, vel virtuales per intellectum. Ex quibus infertur planè, principium quo immediatum, & proximum; unò & ipsam generationem in solâ relatione vel virtualiter, vel

Non idèd
quia solus
intellectus
com-
municetur
solus ille
est princi-
pium com-
municati-
vum.

Non suffi-
cit distin-
ctio virtu-
alis prin-
cipii quo
& ejus ter-
minus.

Arguitur
ex s. Atha-
nasio, &
ex D. Tho.

vel virtualiter, vel ratione distinctâ ab essentia, omnino consistere, loquendo in sensu formali, aut virtuali.

Expono
S. Athanasium &
D. Thomam hic
quæst. 36.
art. 4.

105. Respondeo ad primum Sancti Athanasii, Patrem hypostasi gignere, prout includente divinam essentiam ad potentiam generativam, & intellectionem ad ipsam generationem; vel gignere hypostasi ut principio distinctivo, aut individuali constituyente in Patre potentiam generativam, & ipsam generationem. Ergo hypostasis est ratio faciendi potentiam generativam, & ipsam generationem propriam Patris. Ad secundum Divi Thomæ dicitur, mentem Angelicam fuisse, quod sicut Pater, & Filius sunt unus Deus propter unitatem formæ specificæ, vel absolutæ, scilicet Deitatis significatæ per hoc nomen *Deus*; sic Pater, & Filius sunt unum principium relativè ad Spiritum Sanctum; quia relatio spiratoris, quæ talè principium constituit ut ratio individualis, & distinctiva; est etiam unica: Principia etenim in divinis solum multiplicantur per relationes: Inde tamen non probatur, quod sola relatio spiratoris sit principium quo: Imò hoc ab ejus mente alienissimum est.

Ne nobis
opinionetur
Angelicus in
sententiar.
quæst. 1.
art. 3.

106. Major difficultas apparet in secundo Divi Thomæ testimonio: Quapropter Cajetanus, Godoyus, atque Gonetus aiunt, S. Thomam in libro sententiarum in eâ fuisse sententiâ, ut assereret, solam Paternitatem esse principium quo proximum; quam sententiam in summâ postea impugnavit, & retractavit. Cæterum verius est, Doctorem Angelicum hanc nostram semper tenuisse sententiam in primo libro sententiarum: Tum quia ibi distinct. 7. art. 2. ex professo agens de potentia generandi, in corpore sic inquit: *Essentia, secundum quod est ipsa Paternitas, est principium actus, qui est generare; non sicut agens; sed sicut quo agitur: Unde principium generationis est essentiale sub ratione relationis; unde est quasi medium inter essentiale, & personale: Ex parte enim illâ, quâ potentia, quæ est media inter essentiam, & operationem, radicitur in essentia, est absolutum: Ex parte autem illâ, quâ conjungitur cum operatione, est relativum.* Tum quia idem docet in solutione ad secundum, & tertium. Ex quibus patet, semper nostram docuisse sententiam; quod scilicet ex aliquo, quod radicitur in essentia per modum potentia; & ex ipsâ relatione constituitur principium generationis. Quod quidem Doctores Thomistæ non videntur satis considerasse. Ad illud autem de casu distinctionis inter essentiam, & relationem, respondeo, mentem Divi Thomæ fuisse, quod si relatio distingueretur realiter ab essentia, principium formale proximum esset relatio; non quidem

Theol.

sola ut relatio; sed ut intellectus, vel cum intellectu, qui in eo casu etiam distingueretur ab essentia: Quia ex suppositione distinctionis realis absolutè impossibilis, vi consequentiæ contingeret id ipsum, quod defendimus in creaturis, ubi proprietates, seu potentia operativæ distinguuntur realiter, se habente essentia ut principio primo, & radicali. Ex quibus nihil ex Divo Thomâ contrâ nostram Conclusionem inferatur.

QUÆSTIO III.

Cur Processio secundæ Personæ
Trinitatis sit Generatio;
non verò Processio
tertiæ?



UM alium hoc æternæ generationis secretum; sobriè tamen, recludere accingor, vastissimum quidem pelagus, & multorum naufragiis celebre ingredi video; cujus profunditatis abyssus, vel magnitudo plurimorum ingenia sic absorbit, ut exemplo posteritati fuerint, non oportere anchoram reficere in alium, nisi ex divini numinis secundus ventus adspiret, & ab omni mundanæ sapientiæ flatu mortalis ingenii vela decumescant. *Generationem enim ejus quis enarrabit? Stupet certè natura; ratio suscipit, Philosophia miratur: Sola Fides animosa docet; cui natura obsequium dare, parere ratio, & Philosophia subijci debet.* Meritò ergò antequam ad certamen his tricis implexum, humana ratio descendat, suspirium pro divinâ luce his carminibus quàm humillimè tollimus:

*Aura potens, Amor ignipotens, spiritale numen,
Amborum communis Amor, Cæli aurea flamma;
Sancte veni, sanctis accende ardoribus orbem:
Divinum Flamen, nostris te mentibus affla.*



Z 2

LECTIO